



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1843

LXXXVII. Vertrag zwischen dem Erzbischof und Capitel zu Magdeburg und
dem Markgrafen Otto von Brandenburg, worin letzterer auf die Grafschaft
Seehausen und das Schloß Hakenstedt für sich und den ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

quam nobis in Comicia Sehufen et quibusdam Castris irrogant, ad nos spectantibus, constitutos, ad petendum, narrandum, exhibendum, appellandum, in animal nostras iurandum, si necesse fuerit, et ad alia omnia facienda, que si presentes essemus faceremus, vestre discretioni transmittimus honestati, ratum et gratum habentes, quicquid a predictis nomine nostro coram vobis fuerit ordinatum. In cuius rei testimonium presentem litteram Sigilli nostri munimine fecimus roborari. Datum Magdeburg, Anno domini M^o. CC^o. LVIII^o. III^o. kal. Decembris.

Nach dem Originale des R. Provinzial-Archives zu Magdeburg. — Gercken's Cod. I, 43. 44.

LXXXVI. Richard, Herr von Zerbst, befreit die Stadt Zerbst von der Entrichtung des Zolles, dessen Hebungrecht er von dem Markgrafen von Brandenburg zu Lehn genommen hat, am 24. Januar 1259.

Uniuersis Christi fidelibus presentem paginam inspecturis R. Dominus de Tserwist, sincere dilectionis constantiam cum seruitii pronitate. Notum esse volumus omnibus, ad quos presens scriptum peruenerit, tam presentibus quam futuris, quod ego Richardus ac Filii mei, Fridericus ac Richardus, Civitatem nostram Tserwist a Theloneo, quod a Domino Brandenburgensi Marchione in feudo suscepimus, libere absolvimus et expresse, tali conditione apposita, quod quicumque in theloneo jam diete Ciuitatis consensum obtinuerint, libertate simili perfruantur. Igitur ne aliqua contra hanc libertatem a nostris heredibus suscitetur calumpnia, presentem paginam sigilli nostri munimine duximus roborandam. Huius actionis Testes sunt Dominus Petrus, Johannes filius suus, Theodoricus Lantsucht, Johannes de Winnigstede, Johannes de Sztene, Theodoricus Ronne, Arnoldus Gruban, Henricus de Mordiz, Gheroldus Prefectus, Lambertus Hune Villicus, Johannes filius Andree Bodekin, Lambertus Hune Villicus, Johannes de Gardez, Nicolaus Coln, Yseboldus. Actum Anno Domini M. CC. LIX., IX. kal. Februar.

Nach Beckmann, Inhalt. Histor. Thl. III, S. 263.

LXXXVII. Vertrag zwischen dem Erzbischofe und Capitel zu Magdeburg und dem Markgrafen Otto von Brandenburg, worin letzterer auf die Grafschaft Seehausen und das Schloß Hakenstedt für sich und den Markgrafen Johann von Brandenburg Verzicht leistet und dagegen das Land Jericho, so wie die Schlösser und die Stadt zu Alvensleben, vom Erzbisthume zu Lehn und außerdem 3000 Mark Silber als Entschädigung empfängt, vom 12. Mai 1259.

Super Comicia in Sehufen et duobus Castris in Aluenfleue dominus Rodolphus, Archiepiscopus Magdeburgensis, et Capitulum, et Illustris princeps, domi-

nus Otto, Marchio Brandeburgensis, taliter conuenerunt, quod Comicia in Sehufen cum omni iure et Castrum Hakenstede cum redditibus et officio attinente dominus Rodolphus Archiepiscopus et Ecclesia libere retinebunt, prout dominus Magdeburgensis Archiepiscopus et Ecclesia a domino Wolrado Halberstadenfi Episcopo et Ecclesia comparauit et in instrumento super eo confecto plenius continetur. Castra uero in Aluenfleue duo, Opidum ante Castra, cum pratis, pascuis, lignis et Molendinis, dictus dominus Marchio et sui heredes a domino Archiepiscopo et Ecclesia Magdeburgensi feudali iure tenebunt. Nemo uero, quod Damenwalt dicitur, apud dictum Archiepiscopum et suam Ecclesiam manebit cum omni iure, hoc excepto, quod homines Marchionis de Aluenfleue, tam de opido, quam de Castris, in dicto nemore ligna gratis habebunt tam ad edificiorum suorum vsus, quam ad ignes, et eisdem ligna uendere non licebit. Tercium uero Castrum in Aluenfleue cum suis attinentiis, quod Marchio ab Ecclesia Halberstadenfi tenet, similiter a domino Archiepiscopo recipiet, quando dominus Halberstadenfis Episcopus dominum Marchionem ad dominum Archiepiscopum demonstrabit. Preterea Castrum Jericowe, opidum, Terram cum omnibus attinentiis, preter partem domini H. de Calue et fratruelis sui, dominus Archiepiscopus usque ad festum Sancti Jacobi proximum domino Marchioni absoluet et iure conferet feudali, ita quod quecumque dominus Archiepiscopus, R. de vrisach et Rolekinus de Jericowe libera habent, dominus Marchio libera optineat, et que infeodata sunt per ipsos, Marchio nunc habentibus iure conferet feudali. Dominum Henricum de Calue et fratruelem suum in sua parte Castris et Terre et bonorum tam infeodatorum quam liberorum, dominus Marchio in nullo penitus molestabit. Si autem partem illam Castris et Terre, quam nunc possident H. de Calue et nepos suus, dominus Marchio Otto et heredes sui ab eis amicabilem poterunt comparare, dominus Archiepiscopus dicto Marchioni et suis heredibus iure conferet similiter feudali. Si uero in presenti hoc fieri non poterit, quodcumque in posterum dictus Marchio uel sui heredes predicta poterunt obtinere de bona uoluntate predictorum uel eorum heredum, dominus Archiepiscopus Magdeburgensis, quicumque pro tempore fuerit, ad collationem partis predictae tenebitur, sicut modo, nec permittet dominus Archiepiscopus et Capitulum, istam partem Castris et bonorum a quoquam alio comparari, quam a Marchione et suis heredibus supradictis, nec Archiepiscopus, qui pro tempore fuerit, alicui alteri feoda conferet partis huius. Item nulla noua Telonia uel id, quod vngelt uocatur, in aqua uel in terra constitui debent, preter ea, que ab antiquo in ipso opido sunt recepta. Illud etiam ius in moneta Jericowe, quod Sleischat uocatur, si dominus Archiepiscopus usque modo habuit, decetero obtineat, sed si alii dictum de Jericowe hactenus habuerunt, in hoc, sicut in aliis bonis, Marchio succedat et libere obtineat, sicut illi. Absoluet etiam Marchio Otto et sui heredes Archiepiscopum et Ecclesiam ab impetitione fratris sui Johannis et heredum suorum, si aliquam actionem contra Archiepiscopum et Ecclesiam Magdeburgensem super Comicia predicta dicerent se habere. Item si aliquid dissensionis est uel rancoris inter dominum Archiepiscopum et Ecclesiam ex una, et Halberstadensem Episcopum et Ecclesiam ex parte altera, inter dominum Archiepiscopum et

Ecclesiam ex una, et Ducem de Brunefwich ex altera, atque inter dictum dominum Archiepiscopum et suam Ecclesiam (ex una) et Marchionem Johannem et suos heredes ex parte altera, Hec omnia ordinationi et arbitrio Marchionis Ottonis de consensu Capituli sunt commissa, ut quecumque idem Marchio ordinaverit, rata ac stabilia maneant inter istos. Dabit eciam dominus Archiepiscopus Marchioni Ottoni et suis heredibus Tria Milia Marcarum argenti Magdeburgensis in recompensacionem Comicie predictae suis temporibus exfoluenda. Vt autem hec predicta omnia sic stabilia conseruentur, quod a neutra parte in posterum ualeant immutari, presentem paginam conscribi fecerunt cum testium subscriptione et appensione Sigillorum domini Archiepiscopi, Capituli et Marchionis Ottonis, personali nichilominus istorum accedente promisso domini Archiepiscopi, Alberti prepositi, Roperti decani, Weneri vicedomini, Conradi de Sterembere, Alberti de Arnestein, Borchardi de Qverenuorde, Canonicorum Maioris Ecclesie, Nobilium uirorum domini W. de Arnestein, W. et b. fratrum de barboie, G. de Wederde et L. de Elbeke ex parte domini Archiepiscopi, ex parte uero Marchionis ipse Marchio Otto, predicti Nobiles de Arnestein et de barboie, Geuehardus de Alnenfleue, Conradus de Osterborch et Olricus de Croge. Acta sunt hec Magdeburg, Anno domini M^o. CC^o. LIX^o., III^o. Idus May.

Nach dem Originale des R. Provinzial-Archives zu Magdeburg. — Dieses liberans wichtige, zu den noch ganz unbekanntem Urkunden gehörige Vertragsinstrument ist zwar an vielen Stellen durch Stockfeste verlegt, doch noch durchgehends leselich.

LXXXVIII. Markgraf Johann von Brandenburg genehmigt als Oberherr den Erlaß, welchen Richard von Zerbst mit den ihm in der Stadt Zerbst gebührenden Zollhebungen vorgenommen hat, am 10. November 1259.

Johannes, Dei Gratia Brandenburgensis Marchio, Christi fidelibus uniuersis, presentes litteras inspecturis, salutem in vero salutari. Recognoscimus et literis presentibus protestamur, quod honorabilis Vir, Richardus de Tferwist, fidelis noster dilectus, in nostra constitutus presentia recognouit, quod ad dei laudem et honorem theloneum suum in predicta sua Civitate, de rebus minutis et magnis, sibi continue exfoluendum, relaxavit simpliciter et ex toto. Quam siquidem relaxationem, cum ad nos ratione superioris Domini dicti facti pertineat confirmatio, gratam ac ratam habentes, ipsam presentis scripti testimonio confirmamus, tradentes in testimonium huius nostre confirmationis presentes literas, sigilli nostri munimine roboratas. Datum et actum anno domini M. CC. LIX. In Vigilia Sancti Martini.

Nach Beckmann's Anh. Sistor. Thl. III, S. 265. Buchholz Gesch. d. Thürm. IV, 98.